

Et ne àusθidw̄s in Politicis disputationibus vagari vide-  
amur, certa quædam capita primaria ejusdem sunt propo-  
nenda.

Methodus namq; vel ordo faciliori nostræ cognitioni in-  
serviens id postulat.

Practicam illam appellamus disciplinam: quod Theore-  
ticas in nuda contemplatione consistentibus est contradistincta.  
Unde non in Speculatione sed actionibus vel negotijs civili-  
bus occupatur.

In genere πεδίοις quamvis operationem à ratione regu-  
latam significat, qua ratione etiam effectricum disciplinarum  
πεδίοις est.

Speciatim vero pro illa operatione accipitur, qua ad ho-  
nestatem dirigitur: Sive est operatio facultatis distinctæ ab in-  
tellectu: Secundariò etiam vitiorum propria.

Practicam diximus esse disciplinam. Ordine igitur a-  
nalytico disponenda & tradenda.

Is namq; practicis, uti συγγενής theoreticis disciplinis tes-  
competit.

Differentia inter utrumq; est: Quod vel Sola cognitio  
spectatur vel præter cognitionem finis actione seu operatione ex-  
primendus.

Si nuda sufficit cognitio, satis est habere cognitum Sub-  
jectum, Principia & Affectiones: Sive affectiones per causas  
de subiecto demonstrare posse.

Hinc primo subiectum præcognoscendum, inde à princi-  
piorum cognitione ad affectiones progrediendum.

Si vero præter cognitionem operatio aliqua spectatur,  
jam Finis omnium primaratio habenda.

Si namq; actionem dirigit: vel ut media ad finem con-  
sequendum accommodata inquiramus nobis autor est.

Fine jam constituto, subiecti cognitio necessaria est: quo  
sciatur, an ejusmodi sit, in quod finis possit introduci.

A 2

Tan-

27.

18.

tum ordo

qm

19.

20.

21.

22.

analyticus;  
cujus par-

23.

24.

25.

26.

27.

1. Finis.

28.

29.